



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

In quibus casibus dispensare possit Episcopus cum inhabilibus ad Ordines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

4. *Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Tolet. in sum. lib. 5. c. 88. vbi dicit periculum esse etiã cereum accipere. sed Genuen. in prax. c. 83. nu. 8. refert declaratum fuisse à Sac. Cong. Conc. quod cereus licitè accipi possit iuxta Pontificale Romanum. Ordinatus etiã simoniacè ignoranter non afficitur pœnis simoniæ prædictis. cap. de simoniacè. de Sim. Doct. ib. communiter. & multis deducit Suarez lo. cit. num. 40. Et ne quidem pro litteris testimonialibus vel dimissorjs accipi aliquid debet, nisi iuxta quod disponit Conc. lo. cit. ad quod videri potest Nau.*

in man. cap. 23. num. 102. & c. 27. num. 106. vbi pœnas præexpressas dicit non extendi ad simoniam mentalem & conuentionalem, hancque interpretationè esse receptam praxi Curia restatur. Casfad. decis. 5. Gomez. in Reg. de trien. q. 12. allegari in annot. ad Diaz. lo. cit. Rot. decis. 405. p. 1. diuers.

Et quoniam superius enumerauimus quosdam casus, in quibus prohibentur aliqui ordinari, videndum nunc est paucis, an isti saltem dispensatiuè ordinari possint, & in quibus casibus Episcopus possit dispensare.

ARTICVLVS X.

In quibus casibus dispensare possit Episcopus ad ordines.

- 1 Irregularitates occultas quomodo dispensare possit Episcopus vigore. cap. 6. sess. 24.
- 2 Occultum quod dicatur in sensu. c. 6.
- 3 Citatio est Iudicij principium.
- 4 Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario.
- 5 Homicidium in defensione vite vel honorum, an possit dispensari per Episcopum.
- 6 Homicidium more casuale nullam inducit irregularitatem.
- 7 Mutilatio membri licet æquiualeat homicidio quoad irregularitatem incurrendam, non tamen quoad dispensationem obtinendam.
- 8 Episcopus dispensare potest cum Clerico male promoti.
- 9 Simoniacus quando possit dispensari per Episcopum.
- 10 Episcopus dispensare non potest super defectu ætatis.
- 11 Bigamus an dispensari potest ad Ordines.
- 12 Episcopus dispensare non potest cum heretico Neophito.
- 13 Illegitimus potest dispensari quoad minores ordines per Episcopum.
- 14 Episcopus quoad minores dispensare potest in omni irregularitate præter homicidium & bigamiam.
- 15 Episcopus an dispensare possit extra casus in iure expressos.
- 16 Episcopus an censeatur dispensare ordinando inhabilem licet non exprimat.

IN primis itaque dispensare potest Episcopus quasuis irregularitates & impedimenta facultate permessa à Cõc. Trid. sess. 24. c. 6. de ref. concurrentibus

tribus

tribus requisitis. Quorum primum est vt irregularitas proueniat ex delicto, vnde si non proueniret ex delicto, vt est illegitimitas, bigamia, corporis aliquis defectus, dispensari non posset hac facultate à Conc. concessa. Quinimo non sufficere quod impedimentum proueniat ex delicto veniali ad hoc vt prædicta facultate dispensari possit, tenet *Nau. c. 27. nu. 252. in man.* qui & homicidium iustum ex defectu perfectæ lenitatis veniens, vult non posse dici ex delicto. *conf. 54. de homicid. in antiq. idem docet Henriquez de irreg. c. 19. Suarez disp. 50. sect. 5. num. 5. de conf. & disp. 41. sect. 2. nu. 6. ib. de cens. vbi dicit hac facultate. cap. 6. non posse vti Episcopos in locis in quibus non esset receptum. Conc. Trid.*

Secundo requiritur vt hoc delictum sit occultum. Et occultum hic accipitur (saluo tamen vero sensu Concilij, cui nullam glosam apponere volo, interpretationem ipsius S. Rom. Ecclesiæ reuerenter relinquens) non tantum pro omnino occulto, sed etiam prout æquualet penè occulto, & prout opponitur notorio ex manifesto vel publico, ita quod sciatur ab aliquibus etiam à quatuor, quinque, & sit aliquomodo probabile, sed difficulter, nullaq; fama inde sit orta, prout accipitur occultum in *gl. in c. manifesta. 2. q. 1. & ab Abb. in c. fin. nu. 5. de tēp. ord.* quod latè deducit *Nau. lo. cit. in man. num. 255. Henrig. vbi sup. c. 20. num. 40. Maiol. lib. 5. de irreg. c. 51. Suarez de Sacram. disp. 30. sect. 2. Viuald. de irreg. num. 325. Zech. de cas. reser. cas. vlt. Ad quod facit quod facultas dispensandi est fauorabilis & latè interpretanda, licet ipsa dispensatio respectu dispensati sit odiosa. *cap. fin. de Sim. Abb. in cap. atsi Clerici. S. de adulterys, num. 6. de iudic. Dec. ib. num. 129. Nau. conf. 2. de Cler. non ord. min.* Tum & quod parum*

prodesset Episcopis hæc facultas si solū permetteret omnimode occulta, cū adhuc controuersum sit apud authores, an omnimodè occultum inducat irregularitatem. *cap. erubescant. in m. gl. 32. dist. cap. inquisitionis. S. adhuc. de accusat. Host. in cit. c. fin. de temp. ord. Abb. in c. nisi. num. 15. de renun. excepto homicidio, hoc enim quantumvis fuerit occultum, inducit tamē irregularitatem. cit. c. fin. de temp. ord. Host. ib. Abb. ib. nu. 5.*

Et quidem attendenda est radix delicti quod sit occulta: quomodo si excommunicatus occultè, publicè celebret, licet celebratio sit notoria, irregularitas tamen censenda occulta propter occultam excommunicationem ex qua ipsa descendit. *Henriquez lo. sup. cit. Nau. lo. cit. & conf. 51. de temp. ord. conf. 2. de Cler. non ord. Min. Gennien. in prax. cap. 67. num. 4. vbi plura exēpla ad hoc propositum videre licet: nos satius omittenda putamus, cum nec possint facillè adaptari ad casus occurrentes; quilibet enim casus in factò occurrens habere solet diuersas circumstantias, ex quibus iudicandum publicum quid vel occultum, vnde & *Nau. locis cit. & præsertim cit. conf. 51.* ex diuersitate circumstantiarū fortassis, sere contraria consuluit. & mihi consulenti in anno 1610. de quodā Pashanien. excommunicato à Iudice nō tamē publicato, & ordinato in alia Digressi, responsum fuit à S. Cong. Conc. excommunicatum per acta Tribunalis quāuis non publicatum, non intelligi occultum, nec posse dispensari vigore *cit. cap. 6.* huc pertinet quod dicit Suarez *cit. de Sacram. disp. 30. sect. 2. num. 2.* publicum alicubi, licet videatur alibi occultum, non posse dici nisi publicum; quæ omnia si conferantur exemplis allatis per *Nau. & Gennien. locis cit.* non satis conueniēt. Vnde tutius erit in talibus recurrere*

currere ad iudicis arbitrium; qui iuxta circumstantias facti occurrentis, facilius discernere poterit inter occultum & publicum iuxta doctrinam *Abb. in c. olim. 1. num. 15. de rest. spol. & quod alias diximus sæpè, dubia relinquenda iudicis arbitrio.*

3. Tertio requiritur vt hoc delictū non sit deductum ad forum contentiosum: censetur autem deductum ad forum contentiosum post interpositam citationē, à citatione enim iudicium inchoatur. *c. Ecclesia. 8. M. iun. gl. v. non conuenti. de elect. cap. fin. iun. gl. de off. leg. Clem. fin. vt lit. pend. Mohed. decis. 16. alias 1. de caus. poss. & prop. Rot. decis. 1533. lib. 5. p. 3. diuers. nec sufficere si solum informationem caperet curia, tenet Genuen. lo. cit. num. 5. Neque dicitur deductum ad forum contentiosum, si tantum socius criminis fuerit tractus ad iudiciū. *Nau. conf. 2. de re. iud. Neque dicitur deductū ad forum contentiosum ad effectum vt non possit absolui virtute. cit. cap. 6. si reus in iudicio fuerit absolutus, licet absolutueretur ex falsis rationibus. Nau. lo. cit. post absolutionem enim huiusmodi, rediret delictum ad eum statum in quo ante erat, & æquè maneret occultum. Suarez de cens. disp. 41. sect. 2. nu. 6. Neque illud de quo quis accusatus, nō fuit absolutus nec condemnatus, sed composuit cum parte vel cum Curia, si fuit delictum transigibile, tale enim delictum adhuc posse dici occultum & dispensabile vigore cit. cap. 6. deducit Genuen. lo. cit. num. 6.**

4. Excipitur autem ab hac facultate à Conc. concessa homicidium voluntariū illicitum & iniustum, & non potest dispensari virtute cit. cap. 6. vt clarus textus Conc. lo. cit. & sess. 14. c. p. 7. de ref. nisi fortè ad retinendum simplex beneficium ante incursum irregularitatem

obtentum ne dispensatus egeat; non tamen ad exercitium ordinum susceptorum. Doct. communiter in c. 2. de Cler. pugn. Couarr. in Clem. vn. p. 2. § 3. num. 5. de homicid. Zecchus. sup. cit. cap. 1. nu. 34. Staph. de lit. grat. de mod. priuat. num. 11. Nau. conf. 13. de off. ord. in antiq. & licet in man. cap. 27. num. 240. & conf. 17. de homicid. Videatur tenere contrarium, tamen his locis non apparet eum loqui de beneficijs ante incursum irregularitatem obtentis, de quo *cit. conf. 13. & nos ad præsens loquimur.*

Abortus quoque procuratus fœtus animati æquiparatur homicidio voluntario. *cap. sicut ex literarum. de homicid. Abb. ib. num. 3. nec potest dispensari hoc delictum licet occultum virtute cit. cap. 6. & hoc propter Const. Six. V. supra à nobis relatum, vt videre licet ex ipsius contextu. quæ Const. moderata quidem fuit per Greg. XIV. sed quoad absolutionem peccati & excommunicationis tantum, & quoad abortum fœtus inanimis; quoad reliqua vero vt inhabilitatem, æquiparationem homicidio voluntario, & reliqua ibi expressa, relicta est in suo vigore, vt patet ex const. cit. Greg. XIV. quam etiam supra simul cum dicta Six. V. Const. retulimus. quo remittimus legere volentem.*

Homicidium autem commissum in defensione vitæ propriæ licet excedatur moderamen inculpatae tutelæ, in defensione vitæ parentum, propinquorum vel honorum suorum, & aliud quodcunque quod legib. non punitur, non sine peccato tamē cōmittitur, cum non possit dici omnino voluntarium saltem quoad denegandam absolutionem. *cap. tua nos. de homicid. Abb. ib. §. ad vltimum. num. 3. Nau. conf. 8. eod. tit. in antiq. idcirco si fuerit occultum, virtute prædicti. cap. 6. dispensabile videtur vt deducit. Nau.*

cit. in man. cap. 27. num. 239. & cons. 37. de temp. ord. in antiq. Capeaul. de cas. res. quast. 3. cap. 3. si vero non fuerit occultū remanebit in terminis iuris communis, ita vt dispensari possit ad ordines minores & ad simplex beneficiū. Host. in sum. de homicid. S. fir. Abb. eod. tit. in c. ad audientiam. num. 3. Felin. ib. nu. 4. & communiter Doct. in cap. 2. cit. de Cler. pug. qui tenent in quocunque casu quoad beneficium simplex dispensare posse Episcopum. ad hoc Innoc. in c. 2. de Cler. non ord. min. Abb. ib. num. 2. Dec. in c. at si Clerici. S. de adulteris. num. 129. de iudic.

6. De homicidio autem mere casuali, & de illo quod nullatenus est peccatū, hic non loquimur cum nullam inducat irregularitatem, nec indigeat dispensatione. c. lator. c. ex literis. de homicid. Clem. vii. eod. tit. Innoc. in cap. ad audientiam. eod. tit. Abb. in cap. significasti. 1. & in c. exhibit a. eod. tit. Conar. lo. sup. cit. Neque de homicidio ex defectu perfectæ lenitatis proueniente, quia cum illud non proueniat ex delicto, non videtur dispensabile virtute. cit. c. 6. vt supra diximus, sed manebit in terminis iuris antiqui, vt dispensari possit ad minores ordines & simplex beneficium.

7. Deformatio quoque seu mutilatio membri licet æqualiter sensetur inducere irregularitatem sicut homicidū. c. 1. de Cler. pug. Abb. ib. nu. 2. & in Clem. vii. num. 6. de homicid. non tamen conuenitur prohibitionem Conc. Trid. decretis cit. de non dispensando homicidio voluntario sancitis, cum hoc ibi non dicatur expressè, & sit vulgatum iuris poenalia non extendi ad similia ex identitate rationis. gl. in c. r. v. Italia. de temp. ord. in 6. & sit tenenda mitior interpretatio vbi pro non exprimitur. l. si preses. ff. de penis. Vnde si talis irregularitas fuerit occulta, dispensabilis erit virtute. cit. c. 6.

Genuen. lo. cit. in prax. c. 67. num. 9. vbi refert hoc idem responsum fuisse à S. Cong. Conc. si verò fuerit publica, remanebit in terminis iuris antiqui, vt dispensari possit ad minores & simplex beneficium, vt diximus de homicidio non directè voluntario.

Ex concessione eiuidem Conc. Trid. sess. 23. cap. 14. de ref. dispensare potest Episcopus cum Clerico per saltum promotus, si in ordine suscepto non ministraverit. Rebuff. in prax. in Reg. de Cler. male prom. gl. 4. num. 1. & etiam si ministraverit, sed hoc fecerit ignoranter, dispensari enim adhuc cum tali posse tenet Nau. lo. cit. in man. nu. 242. Hanc tamen concessionem Conc. non posse applicari ad eum qui per saltum promotus ministravit in ordine non suscepto, & non posse talem dispensari nisi per Papam, deducit Suarez de cens. disp. 31. sect. 1. nu. 52.

Cum eo etiam qui plures ordines sacros vno die suscipit, quoad vsum susceptorum dispensari posse, docet Innoc. in cap. dilectus. de temp. ord. nisi ipsemet Episcopus circa hoc deliquerit.

Item & cum eo qui ministrat in ordine quem non habet. cap. 2. de Cler. non ord. min. in gl. v. misericordiam. Host. in sum. eod. tit. num. 3. Innoc. lo. sup. cit. nimirum quoad beneficiū, & quoad vsum susceptorum, nam quoad maiores ordines suscipiendos dispensare non posset. Abb. in cit. cap. 2. de Cler. non ord. min. vt supra diximus.

Et cum eo qui furtiue ordines suscipit seruata distinctione. cap. 1. de eo qui furt. si nimirum ante inchoatam ordinationem non prohibuerit Episcopus sub poena excommunicationis, ne quis accederet ad ordines non approbatus: si enim intercesserit talis prohibitio, ordinatus furtiue non posset dispensari nisi per

per

per Papam. *Nau. conf. 61. num. 1. de Sim. in antiq. Rebuff. lo. sup. cit. num. 18.*

Abſque dimiſſorijs à non ſuo Dioceſano ordinatus, per Episcopum quoque Dioceſanum diſpenſari poteſt. *Conc. cit. ſeſſ. 23. c. 8. in ſin. de ref. vbi expreſſè diſpenſationem talium Dioceſani arbitrio permittit.*

Cum ordinato quoque extratempora videtur poſſe diſpenſare. *cap. penult. de temp. ord. & conf. 171. II. ſupra relata non videtur obſtare, cum nil ſtatuat noui circa diſpenſationem ſuſpenſionis hoc caſu incurſæ, nec corrigat expreſſè in hoc ius antiquum, & non ſit recedendū à iure antiquo, niſi cogente ad id nouo. l. precipimus. §. ſin. C. de appellat. gl. ſing. in cap. licet. canon. v. carere. de elect. in 6. nec poſſit fieri iuris correctio per tacitos intellectus. gl. communiter recepta. in cap. cupientes. §. quod ſi. v. petere. de elect. Vnde ſi ſequamur ius antiquum diſpenſare poſſet Episcopus tanquam in caſu in iure expreſſo, per not. apud Doct. in cap. at ſi Clerici. §. de adulterijs, ſæpius cit. de iudic. contrarium tamen obſeruari in praxi, nimirum quod nemo cum talibus diſpenſare ſoleat præter Papam. refert *Rebuff. lo. ſup. cit. gl. 2. & 3. in ſin.**

Præterea cum ordinato ab Episcopo ſchiſmatico, Hæretico, excōmunicato, cuius de nunciatio ignoratur, diſpenſat Episcopus. *Nau. lo. cit. in man. num. 241.*

Et cum violante interdictionem exercendo actum aliquem ſacro alicui ordini deputatum, quoad vſum ſuſceptorum licitè diſpenſat Episcopus, non tamen quoad ſuſcipiendum maiores ordines. *Nau. lo. cit. num. 243.*

Cum ordinato excommunicato excommunicatione maiori ſuſpenſo, interdictione, ſi in ordine miniſtrauit, ſolus Papa diſpēlat; ipſam verò excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictionem

tum demum abſoluit Episcopus, ſi non fuerit expreſſè ſuperiori reſeruata. *Nau. lo. cit. num. 244. & num. 262. vbi citat Card. in Clem. dudum. §. ac etiam de ſepult. dicentem poſſe quem abſolui à cenſura & peccato per habentem poteſtatem, antequam cum illo in irregularitate inde contracta diſpenſetur.*

Cum Simoniaco quoque qui non fuerit Simoniacus in ordine vel beneficio, diſpēſare ſemper poteſt Episcopus. *Hoſt. in ſum. tit. de Sim. num. 16.*

Cum Simoniaco autem in ordine ſcienter etiam occulto, diſpenſare non poteſt ſtante conſt. Six. V. quam licet Clem. VIII. reduxerit ad terminos iuris communis, illam tamen quoad caſu hunc Simoniæ in ſuo robore reſeruauit, vt patet ex contextu. *Conſt. euſd. Clem. VIII. quam hic utilitati communi exponendam putauimus. vt ſequitur.*

**CLEMENS EPISCO-
pus ſeruus ſeruorum Dei
ad perpetuam rei me-
moriam.**

Romanum Pontificem decet ea qua ob iuſtas cauſas interdum ſtatuta ſunt, cum ipſa rerum experientia ſuadet moderari, & immutare prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Alias ſanè emanarunt literæ ſel. rec. Sixti P. P. V. prædeceſſoris noſtri contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes tenoris inſcriptis videlicet.

Sixtus Episcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sanctum & ſalutare ſacri Ordinis Sacramentum ab ipſo Domino & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum, beatisq; Apoſtolis & eorum legitimis ſucceſſoribus ſingu-

lari diuinae bonitatis munere traditum
ita ad Dei omnipotentis gloriam salutēq;
animarum sancte ac religose admini-
strari decet. & infra

¶ Vt igitur Praefules Ecclesiarum intel-
ligant, si in re tam graui & tanti momē-
ti culpa aut negligentia peccauerint se
non modo in tremendo Dei iudicio ve-
rum in hoc quoque saeculo Rom. Pontifici
sua villicationis rationem fore redditu-
ros. Praesenti constitutione perpetuo sta-
tuimus & ordinamus, vt si in posterum
Amiffes aliquis Episcopali, Archiepisco-
pali, Primatiali, vel etiam Patriarchali
dignitate praefulgens, aut Abbas ad pri-
mam tonsuram, minoresq; ordines suis
subditis conferendos à sede Apostolica
auctoritatem habens, quemcumq; sacu-
larem vel cuiusuis ordinis aut militia re-
gularē ex aliquo crimine, vitio, aut defe-
ctu seu alias inhabilem vel irregularem
existentem, vel extra tēpora à iure sta-
tura, vel absq; veris dimissorijs seu iordi-
narij literis, aut per saltum vel furtiuē,
aut quod saculares sine titulo sufficien-
tis beneficij vel patrimonij, aut ante aeta-
tem per sacri generalis Trid. Concilij de-
creta prima tonsura aut cuique ordini
praescriptam, aut non seruatis temporum
interstitijs, ita vt aliquis vnico die seu
continuatim diebus ad plures ordines sa-
cerdos vel post vnum ordinem susceptum si-
ue causa rationabili antequam tempus
ab eodem Conc. Trid. praefixum elabatur
ad alium ordinem promoueat, sine dis-
pensatione, aut indulto Apostolico Cleri-
icali characterē non legitime insigniue-
rit, aut ad ordines minores vel sacros
vt praefertur vel alias male promouerit,
sue id scienter sine ignoranter fecerit,

nisi debita diligentia iustus error & pro-
babilis facti ignorantia eū excuset, vt in
quo deliquit in eo puniatur, à collatione
quorumcumq; ordinum atque ab eo ipsius
tonsura, & ab executione omnium mu-
nerum Pontificalium eo ipso suspensus, &
ab ingressu Ecclesiae interdictus existat,
alijsq; grauioribus poenis nostro & pro
tempore existentis Rom. Pont. arbitrio
puniatur.

Quod si spreta huiusmodi suspensione
& interdicto in praemissis se temere in-
gesserit, etiam à regimine & admini-
stratione sua Ecclesiae seu Monasterij, &
à perceptione fructuum mensae eiusdem ac
quorumcumq; beneficiorum per eum in
titulum vel commendam seu alias obten-
torum suspensionem eo ipso incurrat, e-
iusq; interdicti aut suspensionis relaxa-
tionem aut poenarum, remissionem ab alio
quam à Rom. Pont. pro tempore exi-
stente nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij II. & alio-
rum Rom. Pont. nostrorum praedecessorū,
qui per suas constitutiones aut in Can-
cellaria Apostolica publicatas Regulares
contra huiusmodi Clericos male promo-
tos diuersas poenas inflixerunt vestigijs
inherentes, eosdem Clericos post hac
male promotos, ab executione ministere-
rio & exercitio ordinum susceptorum
& ab omni spe & facultate ascendendi
ad alios superiores perpetuo suspensos
declaramus, & si in eis ministrare praesumpserint illos sic irregulares effectos,
omnibus & quibuscumque per eos inti-
tulum, commendam, aut alias obtentis
dignitatibus, officijs & beneficijs Ecce-
siasticis, cum cura & sine cura quomodo-
cunque qualificatis secularibus vel cu-
iusuis

iusus ordinis aut militia regularibus, ac citam si ipsi Clerici Regulares fuerint, actiua & passiuu voce ipso facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa & alia similia vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles & incapaces esse decernimus, & declaramus; dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiusmodi sic pro tempore vacantium dispositionem nobis & Apostolica sedi perpetuo reseruantes.

Vt autem homines qui nimia indulgentia & spe impunitatis ac venia facilitate hactenus fuerunt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea sublata & preclusa ab his abstineant, & caueant, in futurum, tam absoluendi quam dispensandi facultatem in casibus superius expressis etiam in foro conscientia, nobis & successoribus nostris duntaxat auctoritate & tenore premissis perpetuo reseruamus. Inhibentes ne a quoquam seculari vel cuiusuis ordinis Regulari Presbytero vel Pralato quauis auctoritate fungente, nec per quacunque lubilaa & indulgentias etiam plenissimas & extraordinarias per nostros predecessores aut nosmetipsos vel successores nostros anno lubilai, aut alio quouis tempore & cruciata sancta, vel quocunque alio titulo modo & forma, motu proprio & Consistorialiter, seu ad quoruncunque Principum Regum aut Imperatoris instantia, eorumq; cõtemplatione & intuitu cum quibusuis amplissimis in genere vel in specie derogatorijs clausulis concessa, vel in posterum concedenda, nec vigore aut preteritu facultatum aut priuilegiorum mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum quibusuis ordinibus con-

gregationibus aut personis Regularibus aut Episcopis per decreta Conc. Trid. aus officio Sacrae Pœnitentiariae Apostolicae, vel minoribus, aut etiam maiori Pœnitentiarijs nostris & Rom. Pont. pro tempore existentis, vel alias quomodolibet pro tempore concessorum, persona sic ut praefertur delinquentes tam scilicet Antistites seu Abbates promouentes, quam Clerici malè insigniti seu ordinati à reatib. & excessibus praefatis absolui praterquam in mortis articulo possint aut debeant, nec cum ijs super irregularitate propter praemissa contracta, etiam si crimè penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enim vero quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnaq; aggrauanda & emollienda, cum huiusmodi peccatum, Sathana suggerente, hominumq; fragilitate assentiente videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, & in precipiti esse. Ideo ut homines saltem pœna timore & proprii honoris confusione à peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur prae parare. Ac propterea volumus ut qui absolutionem & dispensationem huiusmodi petent, semper, quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium Sacrae Pœnitentiariae, sed à nobis & pro tempore existente Rom. Pont. in utroque foro absolutionem petere teneantur, alioquin ipsa concessiones & absolutiones etiã cū clausula quod praesentis constitutionis tenor & alia praedicta habeantur pro expressis, prorsus nulla, irrita, & inuvalida existant, ac nemini penitus suffragetur.

Ceterum si quis Antistes vel Abbas seruatus quidem cunctis pramissis & ceteris omnibus quae in ipsius tonsura & ordinum collatione obseruari debent, personas habiles & idoneas, sed tamen recepta ab ijs quibus tonsuram aut ordines conferet pecunia, precio, vel premio, simoniace in futurum insignuerit, vel promouerit, volumus vt praeter alias censuras, & poenas contra simoniace ordinantes & ordinatos à Sacris Canonibus & constitutionibus Apostolicis alias inflictas & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia & singula supradicta in sic promouentibus & promotis locum habeant. Decernentes praesentes literas sub quibusuis concessionibus, facultatibus & gratijs etiam in casibus quibuscumq; Sedi Apost. quomodolibet etiam in Bulla Cæna Domini reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij vel cruciata sanctæ absoluendi facultatem quibusuis personis generaliter vel specialiter tribuentibus, minime comprehendendi sed semper ab illis exceptas esse & censerij, sicq; in pramissis vniuersis & singulis per quoscumq; Iudices & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuiilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, ceterisq; contrarijs quibuscumq;. Vt autem praesentes litera

omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas S. Ioan. Lateran. & Principis Apostolorum de vrbe Basilicarum & in acie cæpi Flora affigi & publicari, & post quindecim dies, qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam & citra montes intra quatuor menses, qui demum ultra montes erunt, intra octo menses à die publicationis huiusmodi computandos perinde afficere & arctare, ac si eorum cuique personaliter intimata fuissent; ac earundem praesentium literarum exemplis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obsignatis, eandem fidem in iudicio & extra illud adhiberi, quae ipsis praesentibus adhiberetur si esset exhibitae vel ostensa. Nulli ergo &c. Dat. Rom. apud S. Petrum. An. Incarnat. Dom. millesimo quingentesimo octuagesimo octauo Nonis Ianuar. Pont. nostri an. quarto.

Nos animaduertentes in dictis literis nihil fere quo ad ea quae in ordinum collatione seruanda sunt disponi, ultra id quod in sacris Canonibus & in Concilio Trid. decretis ac aliorum Rom. Pont. praedecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas poenas & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos & alios prelatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra Clericos tam seculares quam cuiusuis ordinis instituti, & militia regulares male promotos constitui, absolutionemq; & dispensationem Sedi Apost. reseruati, & alias sicut in praefatis literis continetur; considerantesq; tam promouentes, quam eos qui ad dictos ordines promouentur, sepe censuris & poenis huiusmodi obillarum multiplicatè in eorū perniciosam anima-

rum varijs modis illaqueari, nonnullos ex Prælatiſ & Episcopis in conferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupuloſè procedere, multoſq; metu pœnarum & cenſurarum præſatarum ab ordinũ colatione prorsus deterreri, adeò vt Clericorum & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmiſſis ſecuritati ac animarum ſaluti paterna charitate proſpicere volentes. Motu proprio & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolica poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſupradictas literas ad terminos Sacr. Canonum ac conſtitutionis re. mem. Pij Papa II. etiã prædeceſſoris noſtri, qua incipit. Cum ex Sacrorum ordinum ſub. Dat. videlicet 15. Kal. Decemb. Pont. ſui anno 4. cuius tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, & ad diſpoſitionem decretorum Sacri Concilij Trid. reſtringimus & reducimus; nec non cenſuras & pœnas in eiſdem Sixti literis cõtra quoſcunq;, præterquã cõtra Simoniacè ordinaſtes & ordinaſtos inſictas, quas volumus in ſuo robore permanere (alijs etiã pœnis & cenſuris per eoſdem Canones ac conſtitutionem Pij II. Conciliumq; Trid. iniunctis ſaluis & firmis remanentibus) moderamus & abolemus. Decernentes ſic & non aliter per quoſcunq; iudices & commiſſarios quauis authoritate fungentes, etiã eiſdem Rom. Curia Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, ſublata eis & eorum cuiſlibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate, vbiq; iudicari & deſiniri debere: irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis aucto-

ritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum. Anno Incar. Dom. 1595. prid. Kalend. Mart. Pont. noſtri ann. Quinto.

Cum Simoniacò demum in beneficio Episcopus diſpenſare non poteſt, ſed ſolus Papa. cap. nobis de ſim. extrauag. cum deteſtabile comm. Doct. communiter in cap. at ſi Clerici. §. de adulterijs. de iudic. Præterquam in ſimonia ignoranter cõtracta. cap. de ſimoniacè. de ſim. dummodo nõ habuerit ratam ſimoniam, & poſt notitiam dimiſerit beneficium per ſimoniam ignoranter quaſitum. cap. de regularibus. cap. ex inſinuatione. lo. cit. de ſim. tenetur enim ad dimittendum beneficium tali ſimonia quaſitum, etiam in foro conſcientiæ, & ad reſtitionem fructuum perceptorum. S. Th. 2. 2. quaſt. 100. art. 5. ad 3. Couar. in Reg. peccatum. de Reg. iur. in 5. §. 8. p. 2. à num. 7. Suarez de cenſ. diſp. 31. ſect. 4. num. 45. Poteſt tamen illud iplum beneficium quod renũciauerit, obrinere ab Episcopo ſi fuerit ſimplex. cap. penult. de elect. tum & alia beneficia poſtmodum acquirere poteſt per diſpenſationem Episcopi. cap. poſt trãſlationem. in. gl. v. nequeat. de renun. Doct. lo. cit. de elect. & Abb. lo. cit. cap. de ſimoniacè. nu. 6. Et horum ratio eſt quia nullus ſimoniacus ignoranter, cenſetur excommunicatus, aut verè ſimoniacus. cap. de ſimoniacè. cit. Nau. conſ. 60. de ſim. in antiq. vnde talem non indigere propriiſſima diſpenſatione, ſed tantũ purgatione & publica prælati declaratione, qui declararet illum non incidiſſe in ſuſpenſionem & pœnas ſimoniz, deducit Suarez lo. cit. de cenſ. diſp. 31. ſect. 1. num. 11. & ſect. 4. num. 40. idem notat de ſuſpenſis ad tempus. gl. in Clem. 1. v. donec. de decim. Abb. ib. num. 14. Quoad bene-

ficiũ

ficiam etiam ante simoniam quæsitum, communior est sententia posse dispensare Episcopum, ita ut simoniacus etiam scienter habere possit beneficium ante simoniam obtentum, dummodo sit absolutus ab excommunicatione: quod multis rationibus firmat. *Nau. conf. 34. 35. 60. de sim. in antiq. vbi deducit Const. Pij V. incip. cum primum. contra simoniacos editam, non extendi ad beneficia ante simoniam quæsitam. idem docet Suarez lo. cit. de cens. disp. 31. sect. 4. num. 46. & ad hoc facit doctrina communis, quod Episcopus possit dispensare cum simoniaco, quo ad alia beneficia. vt Ioan. Andr. & alij. in cap. penult. de elect. Dec. in cit. c. at si Clerici. §. de adulterijs. nu. 129. Achil. de Grass. decis. 341. alias 2. de sim. Rot. decis. 83. lib. 1. p. 3. diuers. An autem Episcopus cum simoniaco possit dispensare in casu occulto vigore. cap. 6. Conc. Trid. sess. 24. de ref. affirmat *Nau. lo. cit. conf. 61. sed tutius esset in tali casu petere declarationem à Sac. Cong. Conc. & hoc propter Const. Pij V. allegatam quæ edita fuit post Conc. Trid. & ultra pœnas antiquas, adiunxit nouas; ad nouas autem leges post Conc. Trid. editas non extendi. cit. c. 6. sess. 24. declarasse Greg. XIII. ex relatione S. Cong. refert Suarez de sacram. disp. 30. sect. 2. num. 12.**

10. Super defectu ætatis Episcopus non dispensat. *cap. vel non est compos. de temp. ord. ibique Doct. communiter, & Conit. Pij II. quam supra retulimus. ad hoc Vitalin. in Clemen. fin. num. 32. de etat. & qualit. Burgas. de irreg. p. 6. cap. 2. nu. 30.*

11. In bigamia similitudinaria dispensat Episcopus. *Abb. in cap. 1. qui Cler. vel v. uen. In bigamia autem vera vel interpretatiua non dispensat nisi Papa. cap. vn. de Bigam. in 6. Anchar. Franc. ib. Prapof. in cap. lector. dist. 34. Ang. in sum. v. Bigamus. Couar. in Clem. vn. de homicid. p.*

1. S. secundus. nu. 4. huncque esse stylum curiæ testatur *Nau. conf. 34. de homicid. in antiq. Et licet idem Nau. in man. cap. 27. num. 197. velit, posse Episcopum dispensare cum bigamo, quo ad vsum minorum ordinum susceptorum. ad quod Rot. decis. 447. incip. quoddam in no. communior tamen est sententia, quod ad nullos ordines Episcopus cum bigamo dispensare possit. Abb. in cap. 1. num. 4. de Bigam. Suarez de cens. disp. 49. sect. 6. num. 8. & ita responsum sibi fuisse à Sac. Cong. Conc. in anno 606. refert *Genuen. in prax. cap. 113. in fin. Papam autem dispensare posse cum bigamo, etiam quo ad omnes ordines & qualuis dignitates, dubitari non potest, vt in omnibus quæ sunt inducta iure humano, qualis est etiam bigamia. Innoc. in cap. 2. de bigam. Rot. decis. 447. cit. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. cap. 23. Couar. lo. cit. 8. Th. 4. sent. dist. 24. q. vlt. & in quotib. 4. art. 8. Palud. 4. sent. dist. 25. quæst. 3. Syl. v. irregularitas. sub fin. vbi testatur de comuni.**

Item cum hæretico, Neophito, dispensare non potest Episcopus. *Nau. lo. cit. in man. num. 205. accipiendo nimirum hæreticum & Neophitum vt alias diximus.*

Neque super defectu corporis quo induci irregularitatem iudicauerit ipse Episcopus, cuius iudicio hoc est relictum vt alias diximus. *Innoc. in cap. 1. de corp. vit. Vuald. de irreg. num. 174. ad minores tamen ordines posset dispensare cū tali. Villadieg. de irreg. col. 39. Nau. lo. cit. num. 201.*

Cum illegitimis similiter ad minores tantum ordines, & simplex beneficium licitè dispensat Episcopus. *cap. fin. iun. gl. de fil. presb. cap. 1. eod. tit. in 6. Ioan. Andr. ib. Syl. in v. illegitimi. num. 8. ad maiores autem ordines dispensare non potest*

potest cū illegitimo ne quidem virtute. *cit. c. 6. Conc. Trid.* si fuerit illegitimitas occulta, quia nimirum hæc irregularitas non est ex delicto illius qui irregularis est, quod requiritur ad hoc ut delictum dicatur occultum in terminis *cit. Conc. notat Suarez de cens. disp. 50. sect. 5. nu. 5.*

Cum expositis verò si velimus eos præsumere pro illegitimis, ad omnes ordines dispensare potest Episcopus: cum talibus enim facilius dispensatur, *Co-uar. in Clem. vn. p. 1. num. 9. de homicid. quem sequitur Suarez lo. cit. sect. 4. num. 4.*

24.

Regulariter autem circa dispensationum materiam tenendum est, in omnibus irregularitatibus Episcopū dispensare posse quoad minores ordines & simplex beneficium, præterquam in bigamia & homicidio voluntario *c. placuit. 50. dist. Archid. ib. & communiter Doct. in cap. ad audientiam. de homicid. Vinald. lo. sup. cit. de irreg. num. 317.*

Ad maiores autem ordines ex cōmuniore sententia in nulla irregularitate dispensare potest nisi in casibus in iure expressis, ut sunt crimina minora. *c. at si Cleri. §. de adult. et ijs. de iudic. ibi q; Doct. apud quos videre licet quæ crimina dicenda sint minora.* Ex ea autem ratione Episcopus dispensare non potest irregularitates nisi in casibus expressis, quia ipse contra legem superioris & contra Concilia quibus irregularitates statuuntur, dispensare non potest nisi ipsi concedatur. *cap. inferior. dist. 21. cap. cum dilectus. iun. gl. v. in atate. de elect. cap. dilectus. iun. gl. v. non obstante de fil. presb. & alia gl. in cap. dilectus. v. cum se facultas. de præben. Innoc. in cap. dilectus. de temp. ord. num. 10. Abb. in cap. post translationem. num. 7. de re nunc. & in cap. super eo. nu. 4. de Bigam. ad hoc summiltæ prætim. Ang. v. dispensatio num. 5. Syl. eo. q.*

10. & seq. Contraria autem sententia quæ dicit Episcopum posse dispensare in omnibus casibus in quibus expressè nõ prohibetur, procedit tanquam in casu in iure expresso in absoluteione excommunicationis: in ista enim, ut in pæna maiori quæ priuat suffragijs, & participatione Sacramentorum, magis est necessaria absoluteio & facilius illam iura concedunt. *arg. tex. c. vt constitueretur in sin. dist. 50. gl. sing. in cap. presenti. v. declaramus. de sent. excom. in 6.* vnde in omni excommunicatione à iure lata, cuius absoluteionem author canonis alicui nõ reseruat permittitur absoluteio Episcopo. *cap. nuper. de sent. excom. Doct. ib. communiter.* similiter & in suspensione per modum censuræ seu ob contumaciam lata, cuius argumentum est *in cap. ex literis. de constit. hæc enim æquiparatur aliquo modo excommunicationi & ad eam extenditur. cit. cap. nuper. vt Abb. in cap. tam literis. nu. 3. de testib. & Doct. in cit. c. nuper. sed nõ ad suspensionem impositam, non per modum censuræ, sed loco pœnæ, talis enim suspensio dispensari non potest, nisi in casibus in iure expressis. cap. cupientes. §. ceterum. iun. gl. v. suspensos. de elect. in 6. Abb. in cit. cap. super eo. de bigam. in fin. Co-uar. in Epit. 4. decret. p. 2. cap. 6. à nu. 6. Suarez de cens. disp. 25. sect. 1. num. 3. & disp. 29. sect. 1. à num. 15. quibus locis videre licet differentias suspensionum huiusmodi. & disp. 31. sect. 1. num. 19. ib. vbi deducit quomodo cognoscenda sit suspensio ob contumaciam & suspensio in pœnam: frequentioremq; esse in iure suspensionem in contumaciam quam aliam: & in dubio intelligendum esse de suspensione in cōtumaciam, quia est mitior. Ad quod Abb. in cit. cap. ex literis. num. 10. de constit. Det. ib. num. 47. Quomodo etiam cognoscendum sit, an Ca-*

K

non

non contineat irregularitatem, an suspensionem seu censuram aliquam, & quomodo irregularitas differat à suspensione & alijs censuris consuli potest cit. Suarez. lo. cit. de cens. disp. 40. sect. 1. & 8. cuius etiam dictum ex alia occasione. lo. cit. disp. 41. sect. 1. num. 3. nimirum nō posse de omnibus irregularitatibus tradi certam regulam, sed in singulis consulenda esse iura, mente tenendum est. Et pro singulari notādū, vt in dubijs dispensationum, abtineat Episcopus à dispensatione & remittat ad superiorem, vt notat gl. in cap. penult. v. dispensatum. de penis. Host. ib. Abb. in cap. at si Clerici. sapus. cit. §. de adulterijs. num. 7.

16. Ordinans autem habentem impedimentum & sciens de impedimento in quo ipsemet dispensare posset, censetur ipso facto dispensare, licet hoc

aliquo actu non expresserit secundum doctrinam Host. in sum. de scrut. in ord. num. 6. Arm. v. irregularitas. num. 91. Sylu. e. ad. quest. 28. sed hoc procedit in Prælato non habente superiorem, & qui in dispensando non tenetur præmittere causæ cognitionem, vt Papa, cuius sola voluntas in dispensando sufficit, secus in inferioribus, isti enim dispensare non possunt absq; causæ cognitione præuia, alioquin dispensatio subiaceret nullitati. Abb. in c. innotuit. nu. 8. de elect. & in c. fraternitati. nu. 4. de Apostat. & in cap. at si Clerici. §. de adulterijs. num. 12. de iudic. Dec. ib. num. 125. Nau. conf. 38. de temp. ord. in antiq. vbi testatur de cōmuni. ad quod facit Cōc. Trid. sess. 25. c. 18. de ref. vbi ultra præmissa de nō danda dispensatione absq; causæ cognitione, etiā gratis esse dandā dispensationē statuitur.

CAPVT SECVNDVM.

DE BENEDICTIONIBVS ET Consecrationibus Episcopi.

ARTICVLVS PRIMVS.

De benedictione Regum, Abbatum, Populi.

1. Rex vel Princeps à quo Episcopo sit benedicendus.
2. Abbates benedicere pertinet ad Episcopum.
3. Abbatissa quādo sint benedicende.
4. Populum benedicere benedictione solemnī pertinet ad Episcopum.
5. Sacerdos in presentia Episcopi non debet benedicere nisi de licentia Episcopi.
6. Abbas benedictionem solemnem non potest dare nisi in sua Ecclesia.

2. **A**D officium Episcopi pertinet benedicere Reges & Principes. Et quidem si plures adsint Episcopi in Regno in quo Rex vngendus est, Metropolitanus vngere debet. Host. de Sac. Vnct. man. 8. in sum. vel consuetudo locorum seruanda est, & illius Ecclesiæ E-

piscopus vnget quæ hoc longo vsu præscripsit, vel priuilegio obtinuit. c. 1. & 2. 25. q. 2.

Vngitur autem Rex oleo Cathecumenorum in brachio dextro inter iuncturam manus & cubiti, & in humero. c. vn. de Sac. Vnct. §. vnde. Ang. v. oleum. Impe-